

igni cū ipso tecto cōcrematur. Neq; sustinūisset eam cladē diutius īperiū:
Quin omnia Gotthi dictiōis suæ facerent: nisi Gratianus Valentis nepos
Theodosium sūmum ea tempestate belli ducem: ex Galliis accitum: im-
perii cōsortem declarasset: Eius principis uirtus recreatis cōfestim imperiū
uiribus: non solum Gotthos cōpescuit: Sed multis aduersis praeliis fatiga-
tos edomitōsq; ad quascūq; uisum est pacis cōditiones adegit. Sedes & sti-
pendia: ut continuarent præstantius duxit. Cū Atalarico rege fœdus iniit.
Eoq; milite nō aliter ac Romano semper est usus. In eo Siquidē bello qđ
cum Eugenio & Arbogasto tyrannis in Galliis maximū Theodosius gef-
sit primam aciem decem milibus Gotthorum in fronte tuendam dedit.
Cesi sunt ad unum oēs: Et inclinare iam ceperat ad hostem uictoria: Nisi
Theodosius nil deiectus animo: ut uere christianum ducem decuit: ad di-
uinum petendū ex alto auxiliū: sese uertisset. Tanta continuo celi coorta
tempestas: Vt hostes in quorum uultus & ora uenti rabies grandinisq; im-
petus imbribus mixtæ iuoluebatur: nec oculis nec manu: operam præsta-
re possent. Retortis ceruicibus: quasi ceci fortuito tela iacere: nec gladiis
uti posse. Romāis uero qui deum cernerent ex alto auxilium laborātibz
ferre: Mirum immodum accreuerē uires. Spes siquidem semper adiicit
animos. Animos uires sequuntur. Itaq; uictores ex uictis pene momento
facti: Vlti Gotthorum stragem Tyrannos cum suis fere omnibus ad inter-
nitionem ceciderunt. Perseuerauere in Romano stipēdio usq; ad Radaga-
sum Alaricūq;. Ex eo Alarico qui Romā cepit: Theodoricus nepos quar-
tus ab Alarico qui tum Hispanias obtinebat Aetii ducis Romāi societate
sequutus est. Cum Athila uero in acie steterunt Valemir & Theodemir di-
uersi Gotthorum reges: Repulso Athila & in pānonias reuerso cum eius
filiis bellum gesserunt: eosq; interfecerunt. Conuersi paulo post intulere
bellum Leoni: Qui primus ex græca gente imperium obtinuit. Visa Leo-
ni gens est: beneficiis potius uincenda q̄ armis: Pacem cum iis fœdusq; cō-
stituit. Occiso Leone a coniuratis: Zeno Isauricus imperium suscepit.
Hunc Zenonē accipio Arrhianā heresim fouisse. Atq; eam ob rē Theodo-
ricū olim Theodemiris regis filiū magnæ indolis adolescentē: Gothicāq;
gentē sūmis beneficiis p̄secutum. Annum illi stipendiū constituit patricii
titulo & equestri ex ære statua exornauit. At uero Theodoricus non solū
erga imperatorem gratus uideri uelle: Sed erga Senatū quoq; quibuscūq;
posset officiis. Aulicos oēs Romanāq; iuuentutē nō minus urbanis: q̄ mi-
litaribus studiis amplecti omnibus charū se reddere: ut nemo eum nō tan-
q̄ Romanū diligeret. Dum hæc apud Cōstantinopolim geruntur: Italia
quotidie maioribus affici calamitatibus. Barbarus siquidē Odoacer: nō iā
oneribus premere: Sed rapinis quicquid collibūisset extorquere. Nulli rei
parcere: non sacra: nō p̄phana. Spes una supererat Romanis in imperio.